

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 7809

**Auteur(s) :** Soligny-la-Trappe, Notre-Dame de La Trappe (abbaye)

**Bénéficiaire(s) :** Raoul, meunier [autre]

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1252

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

L'abbaye de la Trappe approuve, sous certaines conditions, la vente faite par Gervais de Villiers du moulin de Buré, qu'il tenait d'elle, à Raoul, meunier, qui devient homme de ladite abbaye.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Charencey Hyacinthe (Comte de), *Cartulaire de l'Abbaye de Notre-Dame de la Trappe*, publié d'après le manuscrit de la Bibliothèque Nationale, Alençon, Renaut de Broise (Société historique et archéologique de l'Orne), 1889, D. « De Esseio et Bureio et circa », n° XXVIII (« Littere abbatis et conventus de molendino »), p. 147-148.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis, frater J[ohannes] dictus abbas et conventus Domus Dei de Trappa, salutem in Domino. Noveritis quod, cum tradidissemus molendinum nostrum de Bureio Gervasio de Vilers, quoad viveret tenendum et habendum, pro viginti et quinque libris turonensium annui redditus, de quibus reddebat nobis annuatim X libras, et canonicis Omnium Sanctorum de Mauritania decem libras, et capellano capelle de MontIsembert centum solidos, et monachis de Tyron decimam dicti molendini, praeter viginti et quinque libras predictas, et predictus Gervasius illud molendinum predictum tradiderit Rad[ulpho], molendinario, tenendum et habendum sibi quamdiu vixerit, cum quadam petia prati sita prope dictum molendinum, quam dedit nobis in elemosinam defuncta Agnes de Cuirees, quondam uxor predicti Gervasii, pro viginti et octo libris turonensium et pro predicta decima predictis monachis de Tyron facienda et pro tribus solidis annuatim reddendis, predicte monete, ad usum unius lampadis ante altare Beate Marie de Bureio permanentis, nos predicti molendini et predicte petie prati venditionem, predicto modo factam a predicto Gervasio prenotato Radulfo, concessimus quamdiu vixerit et ratam habuimus sub hac forma: quod nos habebimus de predicto redditu viginti et octo librarum, quamdiu vixerit predictus Gervasius, XLta solidos, et predicti canonici et capellanus XVcim libras. Quo predicto G[ervasio] mortuo, si ipsum ante predictum Rad[ulfum] sive prius mori contigerit, habebimus cum predictis decem libris XLta solidos, supradictos et predictus Rad[ulfus], debitis et statutis terminis, tenetur reddere nobis et aliis prenotatis totum redditum supradictum. Tenetur etiam dictus Rad[ulfus], domum dicti molendini totam novam facere de suo proprio, cum bona materia de petra, excepto quod nos mittemus tinna, latas et tegulas necessarias ad faciendum dictam domum. Sciendum est etiam quod ipse Rad[ulfus] et uxor ejus nostri donati sunt, ita quod, post uniuscujusque eorumdem obitum, medietas partis sue suorum mobilium que tunc habebunt, nostra erunt. In cuius rei testimonium, etc... Actum anno gratie M° CC° L° secundo.